

hæ a me visæ, in duas phalanges commode dispeci possunt, a staminibus, quæ in aliis fere libera sunt, in aliis in Filamentum unum connata.

A) staminibus fere liberis; differunt dupliciter corolla & stylis.

α) Masc. CAL. pentaphyllus, patens, planus: *foliis* teneris, lanceolatis, coloratis.

COR. nulla. *Nectarium* nullum.

STAM. plura, libera, undique patentia, calycis longitudine.

Fem. CAL. pentaphyllus, erectus.

COR. nulla.

PIST. *Styli* tres: singulis apicibus dichotome sexfidis, patentibus.

β) Masc. CAL. ut in α).

COR. *Petala* quinque, plana, colorata, uti calyx. *Nectarium* nullum.

STAM. ut in α).

Fem. CAL. ad basin fere quinquepartitus.

COR. nulla. *Nectarium* . . .

PIST. *Styli* tres, patuli: apicibus bifidis.

B) CROTON staminibus connatis in filamentum unicum.

γ) Masc. CAL. *Perianthium* pentaphyllum, erectum.

COR. *Petala* quinque. *Nectarii* Glandulæ quinque circa basin Filamenti.

STAM. *Filamenta* connata in unum.

Fem. CAL. pentaphyllus, patens, major.

COR. *Petala* quinque, calyce minora. *Nectarium* . . .

PIST. *Stylis* ad basin fere trifidis: *laciniis* bifidis.

Europæum *Tournefort* ab hoc differt.

Mas calyce quinquepartito.

Fem. calyce enneaphyllo, laxo; corolla nulla; *Stylis* tribus bifidis.

124. JATROPHA. Gen. Pl.

Nec minus in fructificatione varium est hoc Genus. *Jatropha gossypifolia* Spec. Pl. 1006: 1. optime ibidem descripta, eadem dum *Jatropha Curcas* 1006: 3. gaudet fructificatione, floribus nempe instructis calyce, co-